



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm Eloqventiæ,

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

L. Parænesis ad largas & frequentes eleemosynas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38994

(teste Sancto Bernardo *Ser. 55. in Cantica*) gratiam. Hic licebit digredi in Exemplum Abrahamæ, qui, quia ducem omnium rectè factorum ab Orbe condito Domini Timorem fuisse firmiter sibi persuadebat, eò usq; processit, ut potius quàm illum negligeret, paternas manus charissimi filii sanguine aspergere vellet. *Monstrabis autem* eum fuisse filium, quem à Deo promissum acceperat, per quem se suum nomen ad posteros dimissurum didicerat. *Et amplifabis* amorem parentum, quo in filios ferri consueverunt, illumq; comparatione facta longè maximum in eo fuisse ostendes. Sed quid? à Deo iubetur illum mactare. Hic per *Apostrophen Abrahamum interrogabu*, quo tum animo fuerit, cum hæc in mandatis acceperat, & simul recensebis causas, quæ illum tam truci facto poterant abstertere: sed cum Domini Timor vicit, quid non boni est consecutum? & filium incolumem, & rerum omnium affluentiam, & apud omnium terrarum oras memoriam accepit sempiternam.

In *EPILOGO* monendi sunt *Auditores*, ut semper præ oculis habeant Divinam Majestatem, & meditentur Novissima, maximè Iudicium atque infernum: hac enim ratione salutarem hunc poterunt haurire Dei Timorem.

L. PARÆNESIS AD LARGAS ET frequentes Eleemosynas.

EXORDIUM ducet à dicto S. Chrystomi, qui Hom. 43. in I ad Cor. inter cætera ait: *Paravi* B. Paulo, *constituentes nostris in adibus arculam pauperibus*, qua eo in loco, ubi quisque orare solitus est, reponatur: ita ut eleemosynam primum quotiès accesseris oraturus imponas, & deinde orationem proferas. Ut verò ad orationem illotis manibus venire nolle, sic neque sine eleemosyna accedas. In hac arcula adversus diabolum armaturam habes repositam, hac orationem tuam penetrantem efficis, domum sanctam reddis, in

hac conclusas habes regias dapes. Ea propter ad lectum deponetur illa, & sic absque phantasiis tranquille nocte transiges, &c.

*Vide Viridarium Vir-
sutæ P. Bu-
sei & medam
Cynosuram
Clericorum
in pia & eco-
nomia patri-
monij Chri-
sti. Matth. 5.
v. 45. Ca. 29.
v. 21. In Im-
pertienda
pauperi elee-
mosyna Dei
Vices tenes,
& es quasi
Deus.*

*Greg. Naz.
Orat de pau-
rum amore.
Gregor.
Nys. lib. de
Beatitud.*

In PROPOSITIONE dices, te Auditores ad profu-
sas & frequentes Eleëmofynas incitaturum.

CONFIRMA. I. LOCUS, à dignitate & prestantia
Eleëmofynæ, aut misericordiæ, quam Spiritus S. in 8.
Litteris declaravit, cum eã non semel prætulit Sa-
crificio. (Prov. 21. v. 3. Matth. 9, 13.) & Apostol. bis e-
am comparavit hostiis. (Phil. 4. v. 18. Heb. 13. v. 16.)

Adhæc, cum Christus asserit ea nos fieri quasi si-
miles Deo, cum aliquot operibus misericordiæ e-
numeratis, causam, cur ea exercere debeamus red-
dit his verbis: *Ut sitis filij Patris vestri, qui in caelis est,*

qui solem suum oriri facit super bonos & malos. S. Leo,
ser. de quad. Nihil, ait, est dignius, quàm ut homo sit

*sui authoris imitator, & secundum modum propria fa-
cultatis divini sit operis executor Adhæc, quod damus
Pauperi, damus Christo, vel Deo. Matth. 25. v. 40.*

Quam diu fecistis uni, &c. Chryl. Ho. 89. in Matth.
Certè si ipsum Christum nunc videretis, non dubitaret

*unusquisq; vestrum universam substantiam in eum er-
rogare. Hinc Christus ipse sæpe declaravit se e-
leëmofynam sub specie pauperis accepisse, ut pa-
teret ex vita S. Martini, in vita B. Greg. Pontificis, &
apud Greg. Hom. 34. in Evang. de Monacho Mar-
tyrio, qui, Christum in forma leprosi in hu-
meros sustulit: imò in extremo die Judicii Chri-
stus dicet: Esuriui, &c. Marc. 23.*

II. LOCUS à necessitate summa, quam exponunt S.
litteræ, dum indicant eam esse à Domino præcep-
tã. PRIMÒ generatim: quia Syr. ait c. 17. v. 12. *Vni-
cuique mandavit Deus de proximo suo, & Christus,
Matth. 7. 12. Omnia quacung; vultis ut faciant vobis
homines, & vos facite illis. Et c. 22. v. 39. Diliges proxi-
mum tuum sicut teipsum. Et S. Ioan. Epist. 1. c. 3. v. 18.
Filii non diligamus verbo, neque lingua? sed opere, &*
veri-

veritate. SECUNDÒ *speciatim*: quia Deut. 15. v. 1. ait Dominus: *Ego precipio tibi, ut aperiās manum fratri tuo egeno & pauperi.* Tobia 4. v. 8. *Quomodo potueris, ita esto misericors, si multum tibi fuerit abundanter tribues, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude.*

Adhæc Scriptura dicit eleemosynā pauperibus deberi, eosq; defraudari, si ipsis denegetur. Syr. 4. v. 1. *Eleemosynā pauperis ne defraudes, & c. redde debitum tuum, & responde illi pacificè in mansuetudine.*

TERTIÒ, quia si opera misericordiæ nō essent in S. litteris præcepta, nō damnarentur immiserordes in extremo Iudicio ob eorum negligentiam. His enim à Iudice supremo dicitur: *Discedite, & c.* Matth. 25. v. 41. Vnde S. Iacobus c. 2. 13. *Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.*

In ignē ibit illum qui paratus est diabolo. & c.

QUARTÒ, quia per eorum negligentiam alienatur à nobis Deus. Prov. 21. *Qui obturat aurem suā ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.* Nam, ut ait S. Amb. ser. 81. *Non est magis crimen habenti tollere, quā cum abundas indigentibus denegare.*

QUINTÒ, quia cum eorum negligentia non potest consistere charitas nostra erga Deū & proximum. 1. Ioan. 3. *Qui habuerit substantiā huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo:*

SEXTÒ, quia divites opes superfluas naturæ & statui suo ac suorum sine peccato retinere nō possunt. Christus: *Non potestis Deo servire, & Māmo- ne: (hoc est cōgregare, & otiosas custodire opes.) Qui habebit duos tunicas, det non habenti: & qui escas habet (dupliciter) similiter faciat quod super est, (vltra necessitatem adest,) date Eleemosynam.*

Matth. 6. Luc. 3. & 1.

Lucæ 12. diues quidam, cū haberet bona plurima; cogitare cœpit ubinā ea recōdere posset, dictum autem illi est; *Stulte, hac nocte repetam à te animam*

Hom. 7. in 50. Hom. 26.

tuam, & qua parasti cuius erunt? hunc locum trāctans S. Aug. scribit, divitem illū non ob aliud peccatum fuisse damnatū, nisi quia superflua retinebat. Illud quod sequitur: *Sic est omnis qui sibi thesaurizat*, &c. significat sic perituros omnes, qui studēt augendis opibus non necessariis. Hinc Paulus monēt Timotheum, ut præcipiat divitibus facilē tribuere, & ea re sibi thesaurizare bonū fundamentum in futurum, &c. Lucæ 16. alius dives non aliū ob causam, teste Augustino, damnatus est, nisi quia superfluas opes in superfluo cultu & deliciis infumebat, cum eas pauperib9 distribuere debuisset. Luc. 18. *Facilius est camelum per foramē acis transire quā divitem* (superflua non erogantem) (intrare in regnum Dei. S. Iacobus c. 5. divites eos damnat, qui superflua recondūt, & ipsi hoc nomine insultatum ait: *Agite, plorate, ululātes in miseriis vestris, quæ aduenient vobis. Divitia vestra putrefacta sunt & vestimenta vestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentū aruginavit, & arugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis in iram novissimis diebus, &c.*

1. Tim. 6.

Hom. 7. 50.
Ho. Super-
vacuas opes
nō commu-
nes fecit
pauperibus.

In illud
Luc. 12.
Destruam
horrea.

Hom. 34. ad
pop.
Antioch.

in Ps. 147.

S. Ambrosius. *Cur tu, ait, abundas, ille verò mendicat? nisi ut tu bona dispensationis merita consequaris, ille verè patientia bravus decoretur: Nonne spoliator es qui qua dispensanda accepisti, propria reputas: Est panis, quem tu tenes famelici, tunica quam in conclavi conservas, nudi; calceus, qui apud te marcessit, discalceati, argentum, quod possides inhumatum, indigentis: quocirca tot pauperibus iniuriam facis, quot dare valeres.*

S. Chrysoft. *Non ad hoc accepisti, ut in delicias absumeres, sed ut in elemosynam erogares. Nunquid enim tua possides. Res pauperum tibi sunt credita, sive ex laboribus iustis sive ex hereditate paterna possideas. S. August. superflua diviti, necessaria sunt pauperi, aliena retinet qui ista tenet. Et: Desert tibi Deus honorem, & quasi*

Et quasi dicit tibi. Prior de communi tolle quod sufficit necessitatibus domus tua, quod reliquum est da Christo. Et quicquid excepto victu mediocri & vestiturationabili, superfuerit, non luxuria reservetur, sed in The- sauro caelesti per eleemosynam pauperum reponatur: quid- quid enim Deus nobis plusquam opus est dederit, non nobis specialiter dedit, sed per nos alijs erogandum trans- misit: quod si non dederimus, res alienas inuasimus.

Hom. 3. l. 50.
Hom. sermo
na 219.
Similia. Be-
da super
11. Luca.

SEPTIMO, quia omnia quae habemus à Deo ac- cepimus, ac ea in pauperibus compensanda tene- mus. Atque hac amplifica enumeratione praecipuorum Dei beneficiorum, & corporalium, & spiritua- lium.

III. Locus à multiplici fructu Eleemosyna. Tame- nim magni variiq; sunt eius fructus, ut D. Chry- sostomus integra Homilia, ad pop. Ant. habita, co- natus sit demonstrare eam esse artem omnium quaestuosissimam.

Hom. 33.
Luc. 6. v. 38.
Date &c.
1. Cor. v. 6.
Qui pace,
&c.

PRIMO, mirum in modum auget bona terrena, seu bonorum temporalium proventum. Prou. 28. ve. 27. Qui dat pauperibus, nunquam egebit. cap. 19. v. 17. Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis. Hinc nonnulli in Scripturis leguntur crebris eleemosy- nis locupletiores facti, ut Iob. Tobias, vidua Sare- ptana Prophetæ altrix. Ideoq; S. Basilius comparat opes seu divitias aquis puteorum, quae quò cre- brius hauriuntur, eò puriores & copiosiores flu- unt seu scaturiunt: si verò immotæ mancant, cõ- putrescunt, atque decrescunt.

1. Ti. 4. v. 8.
Pietas &c.
Vide trium-
phum seu pra-
mia Virtutum
3. Reg. 17.
Orat. ad
D. Amb.
Orat. &c.
Amb. Orat.
81. Aqua
statina citò
vermes facit

SECUNDO, Conciliat magnam apud Deum fidu- ciam. Tobias: Fiducia, inquit magna erit coram sũ- mo Deo eleemosyna omnibus facientibus eam. Heb. 10. Vincit compassi estis, nolite itaq; amittere confidentiam vestram.

TERTIO, Præparat, & disponit hominem ad gra- tiam justificationis, si fiat ab eo, qui pœnitentiam agere incipit. Hinc Angelus Raphael: Eleemosyna

Cap. 4.

Pars. I.

M

est

Tob. 12, 8.

Cap. 3, 3.

Luc. 11, 41.

L. de re-
dest. S. Hieron.

cap. 7.

Da. 4, 24.

est qua purgat peccata, & facit inuenire misericordiam, & vitam aeternam. Et Syr. Sicut aqua exstinguit ignem: ita eleemosyna exstinguit peccatum. Et Christus: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. S. Aug. probat ex 10. Act. Cornelium per eleemosynas impetrasse à Deo gratiam fidei Christianæ & justificationis perfectæ. Daniel ait Nabuchodonosori. Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan ignoscet Deus delictis tuis. Vfus est Daniel vculo dubitandi forsitan, ut indicaret eleemosyna non redimi peccatum ex iustitia, sed ex gratia; & ideo hominem tantum disponi ad Iustificationem, & congruo illam mereri, ut indicat S. Hieronymus in hunc locum.

Syr. 30.

Majora dicit serm. 30, ho. 33. ad pop. Ant. hæc intellige de Eleemosynis per charitatem informati.

QUARTO, satisfacit pro peccato, hoc est, pro peccata temporali peccatis debita. Tob. 4. Eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras: à morte spirituali. S. Ambrosius: Quamuis pollutus, quamuis multis criminibus circumseptus si eleemosynam feceris, innocens esse capisti: abstergit enim quod avaritia polluebat. &c. S. Chrysost. Eleemosyna ex mortis manibus eripit & lampades nostras non sinit extinguere nec sordidis indutos vestibus in nuptiis videri, sed lavat, & ni ve mundiores reddit: si namq; fuerint peccata nostra ut coccinum, velut nix dealbabuntur. Nec sinit nos eò decidere, ubi dives ille, nec audire verba tremenda. Sed in Abrahe sinum deducit. Hæc Christi adstat tribunali, non tantum patrocinans, sed & ipsi persuadens Iudici ut reo patrocinium præstet, & pro eo sententiam ferat, & licet millies coronat, & victorem promulgat. Et: Non est peccatum quod non possit purgare eleemosyna, quodue non possit extinguere, omne peccatum infra illam stat. S. Cyprianus: Cum dixisset (Esaïas) eos (Judæos) nec si orationibus jejunijsq; uerentur, satisfacere pro delictis posse, nec si in cilicio & cinere volueremur, iram Dei posse lenire in novissima tamen parte demonstrans solis eleemosynis Deum posse pla-

Isai. 1.

Discedite à me maledicti, &c.

Isai. 1. b. 25.

Act. inc. 58.

Esa Amb. ser. 52.

placari, addidit dicens: *Frangere esurienti panem.* Comparant etiam SS. Patres eleemosynas ex pœnitentia procedentes, vel cum ea (ut fructus) conjunctas, cum Baptismo. Ut enim is culpam & pœnam tollit, ita ut si quis mox à Baptismo moriatur, nihil sit ei periculi à gehenna, vel purgatorio: sic hæ (culpa jam per pœnitentiam remissa) pro pœna temporali satisfaciunt, imò ejusmodi eleemosynæ in eo sunt indulgentiores, ut loquitur S. Ambr. Baptismate, quod Baptismus semel duntaxat, eleemosynæ sæpius peccata dimittunt.

QUINTÒ, à justo, & ex vera charitate facta meretur vitam æternam. Tob. 12. v. 9. *Qui faciunt eleemosynam & judicium, saturabuntur vita.* Ps. 40. v. 1. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.* Matt. 19. *Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo. c. 25. Possidete paratum vobis regnũ, &c. Esurivi enim, & c. Aug. lib. 1. contra adversarium Legis & Prophetarum, cap. 16. Pro esca temporali non ablata, sed non data, æternum & horrendum supplicium comminatur: per paruum est enim quod eleemosynis datur; sed cum piè datur æternum inde meritum comparatur. Chryl. de pœnit. Hom. 5. Hic modico justitia emitur, scilicet pro panis fragmento, pro calice aque frigida. Amen dico vobis, inquit spiritualis mercatura doctar, non perdet mercedem suam. S. Ambr. Quid homini pecunia sua, nisi viaticum: id est, dispensandæ divitiæ ut parent viam in cœlum. Tabernaculi (quod vitam æternam præfigurabat, & Sancta Sanctorum dicebatur) portæ ex ligno oliuæ, quæ misericordiam significat, fieri debuerunt, portæ verò infero-rum ferreæ describuntur, ut intelligamus per misericordiam aditum patefieri ad cœlum; inhumanitatem ad gehennam.*

SEXTÒ, Impetrat subsidium precum ab iis, quibus gratis confertur, illiq; vel gratiam conversionis,

M 2

vel

Epist. 64.

3. Reg. 6.

Heb. 9.

Ps. 106.

Iac. 1.

Iudicium,

c. 8.

*Meritorum
ipsius parti-
cipis erit.
Act. 9.*

vel donum perseverantiæ, vel incrementum gratiæ & gloriæ impetrant benefactoribus; Syr. 19. v. 15. *Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hac pro te exorabit, &c.* Matt. 10, v. 41. *Qui recipis iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet.* subaudi, quam iustus impetrabit orando pro illo. Et Luc. 16. v. 9. *Facite vobis amicos de mamonâ iniquitatis ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Sicut Petrus tabitham corporaliter mortuam ad preces viduarum, quæ ab ea eleemosynas acceperant, excitavit; ita Deus sæpè spiritualiter mortuos excitat ad preces pauperum, qui pro benefactoribus suis orant.

SEPTIMÒ, Gratiâ impetrat, si frequenter, feliciter ex hac vita excedendi. Tob. v. 11. *Eleemosyna à morte, &c. &c.* Psal. 41. v. 2. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conseruet eum & vivificet eum & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi super locum doloris eius.* S. Aug. l. 30. Hò. 39. *Securus moritur, cum quo ambulat patrimonium, immortale horreum, in quo debitorem fecit Dominum, dum alterum pascit dando.* Chysoft. docet neminem à cæli ianitoribus repelli, qui eleemosynæ symbolum ostenderit.

*Hom. 36. ad
pop. Ant.
1. Cor. 16. v.
Hom. 43. in
Vide Chryf.
1. Ad Cor.
Tob. 4. v. 7.
Prov. 3. v. 9.*

IV. Locus ab inconstantia rebus terrenis adjunctus: cū enim omnium rerum sit vicissitudo, dices nos posse in eandem inopiæ calamitatem delabi, aliorumq; beneficia etiam implorare. Lactant. l. 6. de vero cultu: *Quid, ait, dubitas bene collocare id, quod tibi forsitan eripiet aut unum latrocinium, aut existens repete profcriptio, aut hostilis aliqua direptio? Quid verere fluxum & fragile bonum facere sempiternum, aut thesauros tuos custodi Deo credere, ubi non furem prædonemq; timeas, non rubiginem, non tyrannum? Qui apud Deum dives est, pauper esse nunquam potest.*

Syr. 34. 24.

In Epilogo repetitione facta præcipuorum argumentorum

rum monebis Auditores, ut quotidie aliquid, licet *Luc. 20. v. 3*
modicum sit, in Vsum pauperum seponant, & ex *2. Cor. 8. v. 3.*
bonis, non alienis, vel furto partis; sed ex propriis
supervacaneis, imò interdum etiam ex necessariis
animo lubenti (Tob. 4. v. 9.) & hilari (Syr. 35. v. 11. 6.
4. v. 8. 2. Cor. 9. v. 7.) item liberaliter (Tob. 4. v. 9. 2.
Cor. 9. v. 6.) & usque ad finem vitæ constanter dent
eleemosynas.

LI. PARENÆSIS AD FREQUENTATIONEM sacrae communionis, seu S. S.

Eucharistia.

EXORDIUM *duces à querela*, quòd adeò pietatis
studium apud multos refrixerit, ut rarò ad cõ-
munionem accedant.

PROPOSITIO: Teigitur Auditores ad sacrae *Vide R. P.*
Communionis frequentationem incitaturum. *Busai Viri.*

CONFIRM. I. *Locus à dignitate & excellentiâ*
Communionis S. Eucharistia, quæ non minor est,
quàm ipsemet Christi Dei & hominis, qui in illa
sumitur, Conditoris cæli & terræ, & totius huma-
ni generis vindicis Majestas, qua certè nec esse nec
excogitari sublimior potest, ut pote immensa & in-
finita. Quare Divina Scripturâ in veteri Testamē-
to eam nobilissimis quibusque *FIGURIS* adumbra- *Ge. 14, 19.*
uit, & præsignificavit. Et PRIMò quidem typo *panis* *Heb. 2. v. 1.*
& vini à Melchisedec Rege Salem Dei summi Sa- *Exod. 40.*
cerdote Abraham Patriarchæ oblatis. Deinde *panū* *v. 22.*
propositionis, qui solum à puris & sanctificatis come- *1. Reg. 28, 6.*
di poterant. Item *panis Primitiarum* (Leu. 8. v. 7.)
demum *panis Angelici*, quo Elias Propheta robo-
ratus 40. diebus ambulavit usque ad montem
Dei Oreb. (3. Reg. 9. vers. 8. SECUNDA Figu-
ra fuit *Agnus Paschalis* (Exod. 12. v. 3. à quo Chri-
stus Ioan. 1. dicitur *Agnus, qui tollit peccata mundi*, i-
deoq; Christus post Agnum Paschalē manducatū
in cœna hoc Sacramētum instituit. TERTIA Figu-
ra fu-